Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fac hoc & facit. Audiens autem ihesus miratus est. & sequentibus se dixit. Amen
dico uobis. non inuenimus tanta fide in israel. Dico autem uobis. quia multi
ab oriente & occidente uenient. & recumbent cum abraham. &
ysaac. & iacob in regno celorum. filii autem regni eicientur in tene
bras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit ihesus
centurioni. Vade. & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in
illa hora. FRA III. Ad Tymotheum. Kal.
FIDELIS sermo. & omni acceptione dignus. quia xpsus ihesus uenit
in hoc mundum peccatores saluos facere. quorum primus ego sum. Sed ido
ideo misericordiam consecutus sum. ut in me primo ostenderet xpsus ihesus omnem pati
entiam. ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam eternam. Regi
autem seculorum immortali. inuisibili. soli deo honor & gloria in secula
INTROIVIT ihesus s. Marcum. In illo t. Sexta fer.
in synagogam. & erat ibi homo habens manum aridam. Et obser
uabant eum si sabbatis curaret. ut accusarent eum. Et ait homi
ni habenti manum aridam. Surge in medium. Et dicit eis. Licet
sabbatis bene facere an male. Animam saluam facere an perdere. At
illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira. contristatus super caecitate
cordis eorum dicit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et resti
tuta est manus illi. FRA VI. Ad Corinthios. Fer. s.
BONUM est homini mulierem non tangere. propter fornicationem
autem unusquisque suam uxorem habeat. & unaquaque suum uirum habe
at. Vxori uir debitum reddat. similiter autem & uxor uiro. Mu
lier potestatem sui corporis non habet sed uir. similiter autem & uir
sui corporis potestatem non habet sed mulier. Nolite fraudare in
uicem nisi forte ex consensu ad tempus. ut uacetis orationi. &